



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

§. 1. Quid sit Simonia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

affectione, & in indigna fraudatione rerum spiritu-  
lium, & quasi proinde ac res prophanae venales seu  
precio aestimabiles fieri possunt.

## §. I.

*Quid sit Simonia.*

**S**imonia est studio sa voluntas emendialiquid spi-  
rituale vel spirituali annexum. Dicitur volun-  
tas, quia sufficit affectio Simoniaca (etiam sine pa-  
cto) cum opere consecuto (dicitur emendi, ven-  
dendi) ut comprehendat omnem contractum one-  
rosum & reciprocum, in quo res temporalis tan-  
quam premium siue aestimatio rei commutata se u-  
cissim datae interuenit.

**3** Quædam sunt spiritualibus annexa antecedenter (ius patronatus, vasa, vestes sacræ). Quædam  
concomitanter (ut labor corporis in sacrificando).  
Quædam consequenter, ut redditus beneficiorum.

NB. Essentialis materia Simoniae in eo consistit,  
quod res sacra aut spiritualis indigne ac irreligiose  
tractatur, si cum re temporali in commutationem  
ducatur, perinde ac si tam vilis, ut instar tempora-  
lium rerum venalis proponi possit; Id riotauit S.  
Hieronymus ex cap. 10. Matth. super illa verba: *Gratiis accepistis, gratiis date.* Perinde enim agitur, quan-  
do res spiritualis cum temporali commutatur, ac si  
illa non minus quam hæc libero hominis dominio  
subiecta sit, & non à solius Dei gratuita voluntate  
& operandi virtute dependens: colligitur ex dicto  
Actor. 8. Pecunia tua tecum sit in perditionem:  
quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri  
posse.

**4** Simonia est species sacrilegii iuri naturali repu-  
gnans

gionis supposita fide & reuelatione donorum spiritu-  
alium quatenus res sacra ita vilis reputatur, vt ve-  
nali venalis proponatur est mortale grauissimum,  
nec sit veniale obleuitatem materiae, quia est grauis  
irreuerentia, imo blasphemia, ita traetare quod-  
cumque donū gratiae ac si tam vilis sit, vt à potestate  
hominis dependeat ut precio aestimari, & vendi  
possit.

Est etiam contra iustitiam ex parte vendentis, si in  
compensatione rei quatenus precise spectatur, tem-  
porale aliquid accipiat. Qui enim temporalem rem  
ab altero accipit, sine ullo iure accipiendi, is in iusti-  
tiam committit, sed datus alteri rem spiritualem, nul-  
lam ius habet vicissim accipiendirem temporalem.  
Nam accipere non potest titulo gratuitae donatio-  
nis, quia suppono, alterum non habere intentio-  
nem dandi gratis, neque ex titulo oneroso, quia talis  
contractus ipso iure naturali diuino & Ecclesiasti-  
co irritus est.

Fama & corporis integritas, quodammodo pe-  
culia aestimari possunt, quia humano arbitrio usui  
deputata non ita velo ut sacra & spiritualis.

### S. II.

#### *Quale premium in Simonia requiratur.*

Suppono, ad Simoniæ rationem premium i  
requiri, quippe malitiæ eius in emptione  
& venditione consistente, quæ sine precio esse non  
possunt. Irem spectata rei natura non est simonia,  
rem spiritualem cum spirituali comutare unum  
beneficium cum altero, &c.

Neque Simonia est, rem temporalem gratuito  
date, aut remunerationis causa ei offerre, quib[us] rem  
M. m. m. spiritu-